



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

Art. I. De Natura & Origine Testamenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](#)



## TITVLVS XXVI.

### De Testamentis & Ultimis Voluntatibus.

**D**Onationibus inter vivos succeedunt voluntates Ultimæ, sive de rebus suis in mortis tempus collatae dispositiones, ad præfitem Rubricam declarandæ, quatenus Ecclesiasticis competunt personis, sanctionibusque & iudicio Ecclesiastico subjiciuntur.

#### ARTICULUS I.

##### De Natura & Origine Testamenti.

###### SUMMARIUM.

1. *Definitio Ultime voluntatis*
2. *Etymon,*
3. *Et definitio Testamenti:*
4. *Istiusque ab aliis voluntatibus Ultimis,*
5. *Et praestim à Codicillo differentia.*
6. *De Testamenti Origine variis sensus D.D.*
7. *Verius rationi Naturali quidem consentanea:*
8. *Non tamen Naturali,*
9. *Aut Gentium Jure propriè dicitur:*
10. *Sed Civilis est introductum.*
11. *Et in minus propriè acceptum Gentium jus transfit,*

**U**ltima voluntas generatim, pro ut Testamentum, Codicilum, Legatum, Fideicommissum aut Mortis causa donationem comprehendit, est Gratuita dispositio de bonis in tempore mortis seu post mortem. Ultima ea dicitur, non quod post mortem exitura non sit; sed quod secundum inter vivos facta dispositiones loquitur, conferatur in ultimum vice terminum & tempus mortis: & ita primis confirmetur, ut revocari amplius non possit, iuxta Apostolicum illud, *Testamentum in mortuis confirmatum est, alienum nondum valet, seu firmum non est, dum vivit, qui testatus est, ad Hebreos cap. 9. v. 17.* Molina *Tract. 2. de Test. cap. 7. q. 7. diff. 12. n. 1.*

Eius species præcipua Testamentum, à verbo *Testor*, indequ definito nomine *Testamen*, ut Gellio Noz. *dict. Lib. 6. cap. 12.* vel potius *Testatio*, ut apud hunc Servio eumque seculo Imperatori *pr. Instit. de Testamento*, placuit, sic dicitur; quod mentis seu voluntatis de rebus seu bonis nostris coram testibus declaratio sit: & cum *JCT. l. 1. f. 2. q. 1. testam. fac. posse* definitur, quod sit voluntatis nostra iusta sententia de eo, quod post mortem nonram fieri volumus. Item autem hujusmodi sententiam aliqui quamcumque legitimam, seu *Juris Regulis* conformem; alii eam esse alterant;

que con-

que continet solemnates præscriptas 1. & hæc consultissimâ 21. C. de Testament. & directam hæreditis institutionem, l. Jube-  
nu 29. C. eadem Rubrica.

Verum, quia istarum justæ voluntatis declarationum prior Testamentum à Legato, Fideicommisso, Codicillo & ipsa Mortis causa donatione non secerit: posterior Parentum inter liberos, Militare, ad causas Pias, cæteraque minus solennia Testamenta aperte excludit, non malè à RR. Testamentum generatim & prout etiam minus solenne comprehendit, & excludit Codicillum, esse dicitur Ultima voluntas, continens directam hæreditis institutionem; quia Testamenti præcipua pars, in caput & fundamentum est institutio five surrogatio hæreditis in universum jus, quod tempore mortis habuit testator. *S. Ante hæreditis 34. Infl. de Legatis.*

Atque hæc directâ hæreditis institutione Testamentum præcipue differt non solum à Legato & Fideicommisso: sed etiâ à Mortis causa donatione: præterquam, quod ita non solum Donantis, ut Testamentum solum à rebus suis disponentes voluntate, sed Donatarii quoque acceptatione constituantur.

Magis, quam ha voluntates ultimæ, ad Testamentum accedit, Testamentum tamen etiam non est Codicillus: qui sic dicitur, quod sit quasi *Parvus Codex*, est que Ultima voluntas minus solennis defundit, five testati five intestati, de eo, quod is post mortem de rebus suis fieri vult, absque directa hæreditis institutione, *Cotinus ad C. de Codicilli*; quantumvis enim, ut Testamentò, sic & Codicillò de rebus suis quis disponere, five in scriptis, five per nuptiationem valeat, multum tamen interest inter Testamentum & Codicillum, imprints quoad testium numerum & qualitates, §. fin. *Inflit.* & l. fin. *junctâ Gloriâ C. eadem Rubr.* Deinde quod

Codicillus tam ab eo, qui intestatus, quam qui testatus decedit, §. 1. *Inflit. de Testa-ment. ordin.* & non unus tantum, sed plures fieri possint; ut, si contrarii non sint, omnes subsstant: si vero sint contrarii, prior revocatus censeatur, l. *Cum propo-natis 3. C. eadem Rubric.* Et demum quod Codicilli hæreditas directe, neque dari, neque adimi, §. *Codicilla 2. Inflit. l. Hæreditatem 2. C.* neque etiam directe substitui, neque hæredi testamentario condito adjici posse, §. *Codicilla cit. l. Hæreditatem 2. & l. Si idem 7. C. de Codicil-lis.* Directe, inquam; quia indirecte id potest per Fideicommissum, hæredem ab intestato gravando; ut hæreditatem restituat ei, qui expressus est Codicillo, l. *Sæ quis 3. ff. de Jure Codicilli*. vel declarando, unum ex hæredibus voluntatem suam non mereri, five hæritate indignum, l. *Hæritas 4. C. De his, quib. ut indignis.*

Dubium & controversia celebris est 6. de Jure, quod Testamenti factio est introducta. Codicillorum usum tempore Augusti captum & Sapientum suffragiis approbatum, liquet ex pr. *Inflit. de Codicil-lis.* Testamenti factio autem, sicut formam five testandi modum accepit à Jure Civili, ipsam tamen testandi facultatem à Gentium, cum Claro §. *Testamentum 9. 2. n. 2. & Covarruvia Lib. 3. Var. cap. 6. n. 7. Gilken in l. 1. C. de Hared. Inflit. n. 8. & ab ipso Naturali Jure pro-cedere, Molina 2. de J. & J. disp. 124. in fini volvêtre: contra quos, ipsam etiam testandi facultatem à Civili Jure pro-fetam, cum Bartolo in l. Ex hoc 5. ff. de J. & J. n. 5. & Baldo in l. *Decernimus 16. C. de SS. Ecclesi. n. 10. defendunt Canilius ad hanc Rubric. n. 3. Haunoldus de J. & J. tom. 3. Tract. 6. n. 14. & Eminentius de Luca de Testament. discr. 41. n. 30.**

In hoc DD. dissidio ego imprimis 7. existimo, rationi & affectioni Naturali  
valde

G g

valde

valde consentaneum esse; ut rata firmata que esse finantur testamenta, alieque defunctorum ultimæ voluntates; cum utique æquitati Naturali conforme sit, ut quæ de bonis suis, quæ mortalitas adempta est, alii benefacere, gratam sui memoriam ad posteros propagare, anima sua per pia legata consulere possit; ac proinde; ut ratæ firmæque esse jubentur voluntates dominorum, volentium rerum suarum dominium in alios transferre, §. Per traditionem 40. Instit. de Rerum divisi, præsertim, cum de rebus suis disponentium voluntas est suprema, l. i. C. de SS. Eccles. & §. unico, Instit. de Legi Caninæ. &c.

8. Deinde censco, testandi facultatem Juris Naturalis non esse ita; ut, si lex, defunctorum supremas voluntates rata esse præcipiens, desiceret, testamenta &c. firma essent. Ratio est; quia spectatâ præcisè Naturâ nemo de ulla re disponere valet pro eo tempore, quô nullius rei dominium amplius habet: aut jus alteri tribuere pro tempore, quô ipse omnis juris est incapax & Reipublicæ membrum deficit esse; quia dispositio, tempore etiam habili facta, sed collata in tempus inhabile, cuius modi est dispositio testamentaria, quæ juxta l. 1. ff. de Testamento, in tempus, quô testator mortuus est, confert, inutilis est, nisi Legi adjuvetur. l. Stichus 39. ff. de Mânumis. testam. Quare rerum Naturâ solâ consideratâ defunctorum voluntates ultimæ non aliud, quam justum quidem, sed ex se infirmum testatoris desiderium sunt; ac proinde rerum ipsius dominium ad testamentariam hæreditatem transferendi vim non habent, nisi Legi confirmentur, ut recte advertit Haunold. l. cit. n. 15. Confirmatur hæratio; quia bona defuncti ex natura rei sunt bona vacantia; cum defunctus in ea, quod habuit, jus omne amiserit. Un-

de, si ejus voluntatem ultimam Lex statueret, nec robararet, eorum ius, quæ vacant, derelicta & jam nullius erent, & Naturali ratione cedentem occupanti, §. Fera 12. Instit. de Rer. diuersis l. Quod enim 3. ff. de Adquir. rei. dñ.

Deinde censco, testandi facultatem verisimiliter etiam non introducere. Gentium propriè acceptò Jure, Ratione nonnemo reddit; quia, quæ illius sunt, apud omnes Gentes sunt recepti. §. 1. Instit. de J. N. G. & C. non enim Testamenta: quorum usum Atheneum nullum fuisse, Plutarchus in Solon, in Germania etiam nostra heredes loci cuique liberos; & si liberi deciderint, proximos cognatos sine testamento fuisse, Tacitus de Morib. German. probabit. Idem de Dacia vel potius Dania tradidit ex integra lectione e. Ex literâ 2. dictâ fuerit, defumit Gonzalez ibid. 3. Verum quia ea, quæ Gentium Juris sunt, apud Gentes simpliciter omnes esse receptae esse non est: sed sufficit, quid plerumque bene institutur Gentium omnibus & ufo obseruentur, testandi facultatem Juris Gentium non esse, ex unitate alteriusve prisco non ufo perpetuatur. Quare, eam proprie dicti Gentium Juris non esse, fortius argumentum est; quod ad Ius hoc ea duntaxat pertinet, que gentes servare tenentur inter se, ad earumque commune bonum & facilitatem promovendam omnium aut ore omnium gentium ufo sunt recepta per tradita Procer. n. 55. Eum autem bene & communis omnibus bonis ac felicitatis promotionem & Societatis inter eas conservationem testamentum contendit facultas non speciei, licet plerarumque gentium moribus sit recepta.

Supereft ergo ut testandi, nonne immam duntaxat, sed facultatem quoque introductam dicamus Jure Civili alieno populi

Populi, qui primus testandi usum inter cives suos Legibus approbavit: à quo deinde recessus est tam moribus, quam Legibus aliarum Gentium tam multatum, ut à DD. satis multis ejus origo Gentium potius, quam alteri Juri attribueretur: fortassis melius, in Gentium Jus minus proprium dictum transisse, dicetur; quod, licet sine mutua obligatio- ne gentium inter se, & non ad commune omnium, sed ob privatum cuiusvis civitatis seu populi bonum unius usu introducta & approbata Lege, cum tempore propagata & à careris gentibus ferè omnibus obliterata sit.

## ARTICULUS II.

## De Personis Jure permissis ac prohibitis testari.

## SUMMARIUM.

11. *Testari possunt, qui non prohibentur.*
12. *Probantur Naturā Infans, Amens, Eurosius, Impubes,*
13. *Lege Prodiguus, Filius familiæ,*
14. *Servus, Captivus, Obes,*
15. *Deportatus, Crimine capitali damnatus,*
16. *Surdus & Mutus à natura,*  
*(Non ex accidente, aut Cacus)*
17. *Damnatus ob Carmen famosum, Hereticus &c.*
18. *Ad causas etiam Pias non testantur, Naturā,*
19. *Ei probabilitus etiam Lege prohibiti.*
20. *Canone testari prohibetur Illeurarius manifestus,*
21. *Excommunicatus ob Heresin vel Offensionem Cardinalis,*
22. *Excommunicatus ob Heresin vel Offensionem Cardinalis,*
23. *Excommunicatus ob Heresin vel Offensionem Cardinalis,*
24. *Et Religiosi.*
25. *Excipiuntur ex his, qui liberos in seculo reliquerunt,*
26. *Professi Ordinum Militarium,*
27. *Scholastici & Coadjutores non-For- mati Soc. JESU,*
28. *Et quibus licentiam testandi Papa:*
29. *Non solum superior Ordinarius de- dit.*
30. *De iis licentia Professus nec Co- dicum facere,*
31. *Moris tamen causā donare valer.*
32. *Clerici de bonis Patrimonialibus vel quasi:*
33. *Non de Beneficialibus testari Jure possum.*
34. *Vi Consuetudinā testari valent pro- bibili Jure solum Humanō.*
35. *Non tamen Professus Religionem.*
36. *Eiusdem vi Clerici de Beneficiali- bus ad Pias:*
37. *Non etiam ad Prophanas causas te- stari queunt secundum aliquos DD.*
38. *Secundum alios etiam ad has te- standi facultatem acquirere pos- sunt.*
39. *An talis Consuetudo de facto detur dubium est.*
40. *Jure tamen reprobata,*
41. *Aui irrationalib[us] non est.*

**Q**uantumvis autem Testamenti I 2. factio creatura & beneficium Legis sit, Regula tamen est, testari ante mortem de bonis suis non, quibus hoc specialiter permisum: sed generaliter post omnes, qui speciali- ter non prohibentur, l. i. C. de SS. Eccles. & l. Ex facto 43. ff. de Vulg. & pupill. subdit. quā iniquum esse, leclusa gravi causā, asseritur auferre testamenti factio- nem sanæ mentis homini, Covarruvias, adhanc Rubric. p. 3. n. 42. Manzius de

G g 2 Testam.